



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quid sit intelligendum per hoc verbum, furari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

O C verbum, furari, tam coram Deo & scriptura sacra, quam coram mundo & legibus imperialibus, significat non solum occulte furari proximo bona sua, sed etiam quando cum violentia rapiatur aut versutia, & iniuste ad se trahitur, & qui cunq; vtitur alienis bonis sine consensu & voluntate iusti possessoris, quacunque etiam bona specie. Quare omnis species furti prohibetur hoc præcepto, Non furtum facies, Exo. 20. Leuit. 19. Deut 5. Ex quo dicitur primò, quod sacerdotes si non satisfaciunt officio suo, pro quo acceptârunt beneficia, 1. Cor. 7. vel si male colunt hęc bona ad necessitatem concessa propter officium, nempè cum scortis & familia inutili, vbi pauperes egent, illi committunt furtum. Sic senatoribus debetur stipendum Roma. 13. Si plus debito grauant subditos, aut stipendum non illuc dirigūt, vt politia & pax conseruetur, vt singulorum officia sint in ordine suo, sed sumptuosè epulantur, ludunt, & pompas agunt ex sudore pauperum, id pro furto reputatur. Sic etiam aduocati & falsi iudices dum loquuntur hominibus tanquam in statu causam haberent, cùm tamen mala sit, tantum vt ipsi faciant lumen, & interim pauperis causam suspendunt aut decipiunt, id quoq; furtum est. Oseas conqueritur 4. cap. furtum, homicidium, adulterium inundauerūt; à minimo usq; ad maximum, omnes studēt auaritię. Sic mercatores, emptores, venditores, quando mendacijs verborum laudant mercem iniustum, vtuntur falsis vlnis & ponderibus & modijs, hoc maximè prohibetur Leuit. 19. Noli inæqualiter negotiari cum vlna & pondere, cum modio & statera &c. quoniam ego sum Dominus Deus vester, scilicet qui hoc præcipio, & Prouerb. 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum, Quicquid ergo sic lucrabitur, furtum est. Sic dum mechanici merces vel opera sua ad fucum faciunt,

O s ciunt,

ciunt, & carius volunt extrudere, quam par & æquum est, 1. Thess. 4. ne quis supergrediatur aut circumueniat in negotio fratrem suū, quoniam vindicta est Dominus de his omnibus. Tales etiam fures sunt mercenarij, qui plenam recipiunt mercedem à Dominis & opera tamen infideliter perficiunt. Scripturam, ne Domini illis retineant suam mercedem, id est pro peccato non infimo censetur, vnde è diuerso si in iuste recipiunt operarij mercedem suam, ac neglexerter expedient opus Dominorum suorum, fures sunt coram Deo. Omnia hæc supradicta significantur per hoc verbum, furari, & in se comprehendit quicquid committitur contra iustitiam erga proximum nostrum, siue sit in spirituali aut seculari causa.

2. Secundò, quandò quis licitum suum præmium, pro laboribus suis accipit ad sustentandos liberos & familiam, hoc non debet reputari inter species furti. Matth. 10. Dignus est enim operarius mercede sua, maximè si opus aut officium est licitum. Vnde ad Ephes. 4. laborat quis manibus, vt habeat quod bonum est, id est, pro sua necessitate, & pueris, uxore & familia, deinde vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti: hæc duæ sunt causæ, propria scilicet necessitas, & paupertas, quæ concedunt nobis, vt propriahbeamus & diuitias, non vt inde quis superbiat, voluptuetur, ludat comedetur, inebletetur, aut cum scotis dilapidet, sicut prodigus ille filius Lucæ 15. Deus enim tandem rationem exiget à te, quomodo fus fueris bonis tuis concessis, & dicet, Redde rationem villicationis tuæ, Mat. 18. Sunt porro tria genera eleemosynarum, ad quæ tenentur ditiones. Primum spectat ad ministerij ecclesiastici conseruationem, Luc. 10. hoc genus eleemosynarum maximè est necessarium. Et Christus inquit, Qui dederit minimo aliui calicem aquæ frigidæ, in nomine meo, non perdet mercedem suam, & extant in prophetis amplissima promissio.

Tria
Eleemosy-
narum ge-
nera.
Matth. 10.

ra eleemosynarum, ad quæ tenentur ditiones. Primum spectat ad ministerij ecclesiastici conseruationem, Luc. 10. hoc genus eleemosynarum maximè est necessarium. Et Christus inquit, Qui dederit minimo aliui calicem aquæ frigidæ, in nomine meo, non perdet mercedem suam, & extant in prophetis amplissima promissio.